Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



&sydonem. multitudo magna audiens
que faciebat. uenerunt ad eum. Et dixit
discipulis suis ut in nauicula sibi deser
uiret propter turbam. ne comprimerent eum.
Multos enim sanabat. ita ut irruerent in eum
ut illum tangerent quotquot habebant
plagas. Et spiritus immundi cum illum ui
debant. prostrabant ei. Et clamabant di
centes. tu es filius dei. Et uehementer com
minabatur eis. ne manifestarent illum.
Et ascendens in montem. uocauit ad se quos
uoluit ipse. & uenerunt ad eum. Et fecit
ut essent duodecim cum illo. & ut mitteret
eos predicare. Et dedit illis potestatem cu
randi infirmitates. & eiciendi demonia.
Et imposuit simoni nomen petrus. & iaco
bum zebedei. & iohannem fratrem iacobi.
& imposuit eis nomina boanerges. quod est
filii tonitrui. & andream. & philippum.